JOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam

Agri culturam, ecclesiastici auctores atque profani, etiam Christianae religionis expertes, summis laudibus efferre consueverunt; de ea enim Sanctus Augustinus, doctor sapientiſsimus, asseverare non dubitavit: "omnium artium est innocentiſsima" (De Haeres ad Quodvultdeum 46; P.L. 42, 37), et apud veterem scriptorem praestantiſsimum est: "Vita haec rustica, quam tu agrestem vocas, parsimoniae, diligentiae, justitiae magistra est" (Cic., Pro Rosc. 75). Haec autem ars, tot cum virtutibus conjuncta, hisce temporibus, quibus pravarum doctrinarum placita diſseminantur multique ad materiam referunt omnia, ex hac parte in discrimine versatur non modico. Oportet igitur, ut ruricolae, dum opus suum faciunt et fructus metunt, quorum possessio est maxime naturalis et juxta, simul ad religionis pietatisque rationes vitam componant. Quod ut feliciter ad effectum deducatur, expedit eos praesidio obtegi superno. Haec reputans cum animo ac vota significans agricolarum coetus, Dilectus Filius Noster Henricus Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis Pla et Daniel, Archiepiscopus Toletanus, Nos rogavit, ut Sanctum Isidorum omnium Hispaniae ruricularum caelestem renuntiaremus Patronum. Hic enim Caeles, vir humilis et simplex, iis, qui terram colunt, in exemplum praeluxit, quippe qui, cum ruri opus diligentissime faceret, simul Deo supplicaret et oboedientia excelleret caritatisque officiis. Nos autem, qui et Ipsi prognati sumus e gente, huic arti dedita, quia "nihil est... melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine, nihil libero dignius" (Cic., Off. I, 42), precibus hujusmodi libenti animo statuimus obsecundare. Itaque, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctum Isidorum Agricolam omnium Hispaniae Nationis agricolarum seu ruricolarum caelestem apud Deum Patronum confirmamus seu constituimus ac declaramus, omnibus adjectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae coetuum seu ordinum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces jugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite judicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVI mensis Decembris, anno MCMLX, Pontificatus Nostri tertio.

D. Card. Tardini

a publicis Ecclae negotiis

JUAN PAPA XXIII

Para perpetua memoria

EL CULTIVO DEL CAMPO lo enaltecieron siempre, con máximas loas, los autores eclesiásticos y profanos, aun los ajenos a la religión cristiana. De él no dudó afirmar el sapientísimo doctor San Agustín: «De todas las ocupaciones, es la más sana y honesta» (De Haer. ad Quidvultdeum, 46; P. L. 37). Y en el más egregio de los escritores antiguos se lee: «Esa vida rural que tú llamas agreste, es maestra de moderación, diligencia y justicia» (Cic. pro Rosc., 75).

Ahora bien, este oficio de la agricultura que tantas virtudes lleva consigo, atraviesa, en estos tiempos en que se propagan por doquier las más depravadas doctrinas y son legión los que todo lo reducen a la materia, un grave peligro. Es, pues, necesario que los agricultores, mientras realizan sus faenas del campo y recogen los frutos cuya posesión es sumamente conforme a la naturaleza y a la justicia, armonicen su vida según las exigencias de la religión y de la piedad.

Y para que esto pueda llevarse a efecto, necesitan el auxilio de lo alto.

Considerando, pues, diligentemente todas estas cosas y recogiendo a la vez los deseos de las Hermandades de Labradores, nuestro amado hijo Enrique, de la Santa Iglesia Romana, presbítero, cardenal Pla y Deniel, arzobispo de Toledo, nos suplicó que proclamásemos a San Isidro celestial patrono de todos los labradores de España, ya que este santo, varón humilde y sencillo, aparece ante ellos como ejemplar luminoso, simultaneando con las faenas del campo, que realizaba diligentemente, el ejercicio eximio de la obediencia y de la caridad.

Y así, Nos mismo, que hemos nacido de familia dedicada a la agricultura, oficio «el mejor, el más fecundo, el más dulce y el más digno del hombre, aun del hombre libre» (Cic. Off., 1, 42), con el mayor placer hemos determinado acceder a estas preces.

Así, pues, oído el parecer de la Sagrada Congregación de Ritos, con ciencia cierta, y después de madurada deliberación por nuestra parte, y con la plenitud de la potestad apostólica, en virtud de estas letras y para siempre, *confirmamos o constituímos y declaramos a San Isidro Labrador celestial patrono, ante Dios, de los agricultores y campesinos de la nación española*, con todos los honores y previlegios litúrgicos que legítimamente corresponden a los patronos de Hermandades y Asociaciones, sin que nada obste en contrario.

Así lo mandamos y determinamos decretando que las presentes Letras sean permanentemente firme, válidas y eficaces y que alcancen y obtengan sus plenos y enteros efectos; y que favorezcan plenísimamente a todos aquellos a los que afectan o pudieran afectar, desde ahora y para siempre. Y que así habrá de juzgarse fiel y definitivamente y, además, que desde ahora será írrito y sin valor todo cuanto otra autoridad, a sabiendas o ignorante, pudiera intentar contra lo dicho.

Dado en Roma, junto a San Pedro, bajo el anillo del pescador, el día 16 de diciembre de 1960, de nuestro pontificado III.

Doménico Card. Tardini, Secretario de Estado.